Habita figura celi per almutem quaestionis vel preventionis supra aliqua nativitate 2^m beam antiquam
Considera locum lune. que si fuerit in angulo
occidentis tempore nativitatis alicuius. dabis sibi. 258.
dies pro mora infantis in utero et dicitur mora minor. ¶
Et si luna fuerit in angulo orientis dabis illi moram mediam
que est. 273. dierum ¶ Et si luna fuerit in fine sexte
domus dabis sibi. 288. dies et dicitur mora maior ¶ Et si ☽
fuerit supra terram inter occidens et oriens. duplentur gradus
qui sunt inter occidens et ☾. et productum dividatur per. 29. et
quotiens dicit dies addendos more minori que est. 258. et
si aliquid residuum fuerit dicit horas ultra tot dies: quos dies
et horas subtrahes ab hora nativitatis retrorsum calculando
et ubi in kalendario numerus huiusmodi dierum et horarum finiatur ibi
fuit conceptio ¶ Si vero luna fuerit sub terra tempore nativitatis
duplas gradus qui inter oriens et locum lune et productum
dividatur per. 29. sicut prius dictum est et quotiens dicit dies
addendos more medio que est. 273. dierum. Et si aliquid
residuum fuerit dicit horas ultra tot dies. quas dies et horas
subtrahas ab hora nativitatis. et ubi in kalendario numerus huiusmodi
finitur ibi fuit conceptio ¶ Et ut huiusmodi computatio ad statim
habeatur. intrabis tabulam proxime prescriptas ad hoc factas
hoc modo. Considerabis primo si nativitas fuerit in anno
bissextili sive quod fuit locus bisexti tunc notato die mensis in
prima linea tabule bisextilis scribatur numerus qui angulo quem
locatur sub titulo mensis intenti cuius nomine in fronte signatus
est et vide si numerus dierum et horarum /more/ superius inventus
poterit subtrahi ab isto angulo. quod si sic poterit subtrahatur et
residuum queratur in eadem tabula quod ubi talis numerus dierum
inventus fuerit post quod in meridie illius diei cuius numerus in prima
linea exprimitur talis conceptio facta est: Et si fuerit hore
ultra dies addas tot horas ad meridiem talis diei et ubi
horarum numerus finitur ibi fuit conceptio ¶ Si vero subtraxio
dierum more ab angulo sic non poterit accomodare ergo
365. dies. quos addas angulo quem. deinde fiat subtraxio
et residuum queratur in tabula defuncte pro anno quem. qui

ibi est locus conceptionis sicut prius dictum est. ¶ Et si ta[lis]
nativitatis fuerit quis notetur dies nativitatis in ta[bula]
per annos quod deserviente et numerus in angulo quod repe[ritur]
notetur extra sicut prius dictum est. Et considerandum est si
numerus dierum more poterit subtrahi a tali numero [illegible] si poterit
ibi erit conceptionis tempus. Et si non poterit subtrahi si
precedens fuerit annus bisextilis accomodabit quo 366. dierum super
angulo quod fiat subtractio et residuum queratur in tabula deser-
viente pro bisexto. nam ubi numerus terminatur ibi fuit [illegible]. ¶
Si vero precedens annus fuit communis accomodabit 365. super [illegible]lo
quod fiat subtractio et residuum queratur in tabula quod. nam
ubi numerus terminatur ibi fuit conceptio et ad talem horam dicitur fuis-
se conceptionem secundum estimationem propinquiorem. et pro tali tempore
qua hora regionis vel equalis fuit gradus lune nativitatis as-
cendens quoniam tali hora regionis fuit vera conceptio. Et pro eadem
hora reducendo ipsam per dictam equationem in horam temporalem
querere verum locum lune et talis locus est iustum ascendens
nativitatis secundum quod facies figuram nativitatis rectificatam que pertinentes
Nota Item notandum. quando in conceptione queritur locus
lune secundum suum verum motum. si talis locus multum diversus fuit
a gradu ascendentis estimato vel per almutem tempore nativitatis
recepto. tunc dubium est de iusta operatione: quare videndum est
a novo de tempore nativitatis estimato si sint plura almutes
secundum que figura ordinetur ut alia diversa mora a prima col-
ligatur et per illam ut prius dictum est faciendo: Eodem modo videndum
est aut erit si locus lune tempore conceptionis similiter fuit vel
gradum ascendentis per eidem almutem acquisito.

	Ja	Fe	Mar	Apl	Ma	Iu	Iul	Aug	Sep	Octo	No	De
	1											
	2											
	3											
		7										
	[illegible]	8										
	9	9										
	10	10										
	11	11										
[illegible]	12	12										
13	13	13										
14	14	14										
15	15	15										
16	16	16										
17	17	17										
[illegible]	18	18										
[illegible]	19	19										
20	20	20										
21	21	21										
22	22	22										
23	23	23										
24	24	24										
25	25	25										
26	26	26										
27	27	27										
	28	28										
	31											


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black